



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCX. De Vastatione cujusdam partis terrae Sambiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Hartmannus C. de Helderungen VIII. Mag. Gen. Ord. Teut.

Mangoldus de Sternberg XI. Mag. Prov. in Prussia.

rus lib. X. pag. 572. & lib. XII. pag. 580. seq. Casp. Schuz. lib. II. Chron. Pruss. fol. 55. 62. 68. Joan. Micræl. lib. II. cap. 103. seq. usque ad cap. 110. p. 294. seq. Salom. Neugebauer lib. III. Hist. Pol. pag. 173. seq. Deindè sub Casimiro Rege, tentata iterum est Anno 1335. transactio inter Regem Poloniae & Cruciferos à Rege Hungariae; sed irritò conatu; Posthæc Anno 1339. alii Inquisitores à Papa Benedicto XII. missi, Polonis iterum Pomerelliam adjudicant, Micræl. lib. II. cap. 110. p. 295. Ad extremum anno 1343. Pacta inita sunt eo modo, ut Casimirus titulum terrarum Pomeraniae, Culmae, Michalovviae, Nesslovviae, Orlovviae, & Murinovviae mitteret: Cujaviam verò & Dobriniam retineret. Micræl. l. c. cap. 112. p. 297. Casp. Shuz. lib. II. Chron. Pruss. fol. 71. Martinus Cromer. lib. XII. non procul ab initio.

(d) *Wancze* Vid. Henneb. in Comment. pag. 317.

(e) *Mevve*, ut habent Chronica M. SS. Germanica. Poloni autem etiamnum appellant *Gniev*.

CAP. CCIX.

De

Fratre Conrado de Tirberg Magistro Prussiae.

FRATER Conradus de Tirbergk junior Mag. Prussiae XII. praefuit V. annis cum dimidio. Hic Fr. Conradus fuit germanus fratris Conradi de Tirberg Magistri supra dicti, & erant ambo viri strenui & in armis & in factis omnibus gloriosi, Prosperatumque fuit bellum contra infideles in manibus ipsorum ita, quod ad votum eis omnia successerunt.

CAP. CCX.

De

Vastatione cujusdam partis terra Sambiae.

002

Anno

ANno Dn. MCCLXXXIII. octingenti Viri de Lethovia equites tempore hyemali per (a) Neriam Curonensem intraverunt Sambiensem terram & dico territoria ejus scil. (b) Abendam & Pubetam per incendium & rapinam vexaverunt, occidentes CL. homines Christianos, & nullo eis resistente omnes salvi redierunt. Hoc ideo accidisse creditur indubitanter, quia Magister & fratres praescientes ipsos Lethovinos venturos, expectabant eos cum Exercitu per dies aliquot, tandem attædiati de longâ morâ, quam in via ultra solitum contraxerat, dispersi redierunt ad propria. Sequenti autem die Lethovini intraverunt Sambiam, & sine aliquo defensionis obstaculo fecerunt quod superius est præmissum.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Neria Curonensis (Die Churische Nârung) vocatur angustia illa terra, quæ est inter locum Curonensem (Churisch Haff dicitur) & mare Balticum. Illa verò terra, quæ est inter lacum recentem (Frisch Haff) & mare Balticum, vocatur die Danzker Nârung.
(b) Jeroschinus habet Pobeten und Beten. Strykovius eo modo legit, ut à nobis ex Regiomontano exhibentur Codice.

CAP. CCXI.

De

Ædificatione Castri novi in terra Sambia supra littus maris Salsi, in Neria

(a) Curoniensi.

FRater Conradus Magister, ut vir sapiens & providus, considerans, quod per Neriam, viam utique occultam, possent fratribus & terra Sambia multa danana & pericula ab infidelibus sub-